FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Franckesche Stiftungen zu Halle

Dissertatio Inavguralis De Didaskalioprepeia In Ministerio Ecclesiastico Observanda

Haferung, Johann Caspar

VVittebergae, [1726?]

VD18 90821157

Problema II. Quid de Verbo interno, seu innato sit sentiendum?

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-202841

Visual Library

fuit, & genuinum fidelem ab heterodoxo diſcrevit, & catenus habuiſſe συμβολοειδές τι, negari nequit. Licere autem hodieque breves hujusdem formas doctrinæ conficere, quibus ii, qui γνήσιοι ſunt, a reliquis diſcernantur, liquet exinde, quia Joſua c. XXIV. 26. peculiarem formulam doctrinæ Iſraëlitis proponebat, ut genuinos agnoſceret; quæ formula & l. c. approbata legitur. Tum Apoſtolus vult, ut δόκιμοι φανεροὶ γένωνται I. Cor. XI. 19. At neque vere manifeſtari, neque probari poſſunt, niſi propoſita doctrina genuina, cui jubeantur ſubſcribere: quando illa nota, quæ ex vita externa petitur, nimis lubrica & fallax eſt. Licere autem alios, vel interpoſito juramento, ad illas formas obſtringere, per ſe manifeſtum eſt, cum formæ illæ cum verbo Dei conſentiunt: Nam omnium eſt, ad ſinceram Dei venerationem alios adducere. Ubi autem ad ipſum harum formarum ſenſum quis obſtringitur, is ſimul ad ſenſum conſequentem, ſeu ex primario per ſe fluentem, obligatur. Debere autem hujusmodi obſtrictionem fieri abſolute, ſeu *quia*; non vero reſtricte, ſeu *quatenus* forma illa deprehendatur cum Scriptura conſentire, non indiget operoſa probatione: In cauſis enim religionis ceſſet μυκτηρισμὸς Gal. VI. 7. Et pia Antiquitas ſemper urſit ſubſcriptionem abſolutam, quam & ratio naturalis ſuadet, & ſimul reſtrictam, tanquam luſoriam & nullam, abominatur.

PROBLEMA II.

Quid de Verbo interno, ſeu innato ſit ſentiendum?

Differunt maxime innatum & internum; Etſi enim omne innatum ſit etiam internum, non tamen internum omne innatum eſt. Nos videamus primum de interno. Dari illud in Deo, negari nequit, cum Scriptura νοῦν κυρίου I. Cor. II. 16. & πᾶσαν βουλὴν τοῦ Θεοῦ Act. XX. 27. tanquam res habitualiter cognitas, adducat; Unde & Theologi inter verbum Dei ἐνδιάθετον & προφορικὸν diſtinguunt. v. Scherz. Syſt. p. 6. Sed quæſtio eſt de hominibus: In quibus quidem dari verbum internum ſeu mentale, in propatulo eſt: Nam & Ariſtoteles λόγον ἐν ψυχῇ κείμενον agnoſcit, & Davides colloquium cordis ſui prædicat Pſ. XIX. 15. Et quotidie demum id in nobis experimur. Sed quæritur, unde? quid? & quale? illud ſit. Unde? A nativitate quoddam, ſcilicet legale: quod φύσει γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις.

 Rom.